

41  
aucte, et tenore predictis, concedimus potestatem, et auctoritatem  
Quocirca circumspectioni uestre per Apostolica scripta manda-  
mus, quatenus inunctum nobis munus Emoi ita implere stu-  
deatis, ut sperati fructus inde proueniant. Vosq. a nobis co-  
mendationem, et a Deo bonor, oper, retributore felicitatis  
aeterna gloriam consequi ualeatis Datum Roma apud  
sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae. Millesimo  
Quingentesimo Sexagesimo. sexto Julius Marty Pontificatus  
nri Anno secundo

### Cas. Glorierius

(7)

Breue Pij PP. iiii super exemptionib. et privilegijs concessis  
Pzalatis, <sup>et alijs</sup> in Concedio existentibus

**Pius PP. iiii.** Ad futuram rei memoriam. Circumspecta Roman  
Pontificis prouidentia singulorum merita, et obsequia debita  
meditatione considerans, illos, prout equum est, specialibus  
- fauoribus et gratijs prosequitur, quos uniuersalis Ecclesia ob-  
sequijs iugiter intentos pro ea laborare, ac diuersas expensas  
subire cognoscit. Hinc est quod nos tam ad labores, quam ad  
impensas graues, quas Venerabiles frei Patriarcha et Archiepi  
et Episcopi, necnon dilecti filij Abbates, et ceteri, quibus iure

uel

uel privilegio in Concilijs generalibus sententias dicendi per-  
 missa est potestas, sacro, & cumenico, et gnali Concilio Triden-  
 tino intereentes sustinere coguntur, debitum respectum habentes  
 et animo resolventes eos, ac dicti Concilij officiales, ac Magistros  
 in Theologia, necnon iurium doctores, et alios, quos ipsi Praelati  
 et alij in Concilio uocum habentes, ut praefertur, ad effectum Con-  
 cilij Emoi penes se habent, mibi rendendo uniuersali Ecclesia  
 deservire, ac cum causa Reip. Christiana absint in Ecclesijs, qui-  
 bus praesunt, aut in quibus beneficiati existunt, praesentes, et  
 residentes, ac intereentes merito reputari debere; motu proprio  
 non ad eorundem Patriarcharum, Archiepiscoporum, et Episcoporum, ac  
 Abbatum ceterorumq; praedictorum, uel aliorum, pro eis nobis super  
 hoc oblata petitionis instantiam, sed de nra mera liberalitate, et  
 ex certa scientia, omnibus, et singulis Patriarchis, Archiepiscopis  
 Episcopis, necnon Abbatibus, ac dicti Concilij officialibus, et alijs, sen-  
 tentiam dicendi (ut praefertur) potestatem habentibus, et in  
 posterum habituris qui in dicto Concilio ad praesens resident,  
 aut ad illud in posterum accedent, necnon praefatis, et pro  
 tempore existentibus cum eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis  
 ac Abbatibus, et alijs sententiam dicendi potestatem (ut praefertur)  
 habentibus, ac Magistris, et Doctoribus, et alijs quos ad  
 effectum et seruitium dicti Concilij secum habuerint, quod  
 quamdiu Concilium praedictum durauerit, et ipsi illi interfuerint,

pro presentibus et residentibus, ac Divinis interuentibus in  
Ecclesijs, Monasterijs, ac Beneficijs suis praedictis habeantur, ac  
etiam a die arrepti per eos ad dictum Concilium itineris, quousq[ue]  
ad Ecclesias, Monasteria, et Beneficia sua Emō dicto Concilio  
absoluto cōmode redire potuerint, omnes et singulos fructus, red-  
ditus, prouentus, ac distributiones quotidianas Ecclesiar[um] et  
Monasterior[um], ac alior[um] Beneficior[um] suor[um], quae in quibusuis Ecclyjs  
sue locis obtinent, et in posterum obtinebunt, etiam si Canoniciatus  
et praebenda, dignitates, personatus, administrationes uel offi-  
cia in Cathedralibus etiam Metropolitanis, post Pontificales maiores  
seu collegiatis Ecclyjs Emō principales fuerint, et ad dignitates  
personatus, et administrationes, uel officia Emō consueuerint  
qui per Electionem assumi, eisq[ue] cura imminet animar[um], cum  
ea integritate, cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclyjs  
Monasterijs sue locis personaliter residerent, et Divinis inter-  
uent, percipere libere et licite ualeant, ac sub omnibus, et  
quibuscunq[ue] Statutis etiam inueteratis, legibus, ac consuetudi-  
nibus comprehendantur, sub quibus comprehenduntur tan-  
tummodo ueri et non ficti residentes, ac Divinis interuen-  
tes, nulla penitus Sabita differentia inter ueros in Ecclyā  
residentes, et Divinis interuentes, ac supra dictos, quos pro  
ueris residentibus ac seruientibus, nec non interuentibus in  
omnib[us] et per omnia haberi uolumus. Apostolica aūcte tenore

F  
uel Collegiatis, et digni-  
tates ibi in Cathedra-  
libus etiam Metro-  
litanis post 207

presentium de speciali gratia indulgemus Mandantes universis  
 et singulis personis in dignitate Ecc.<sup>ca</sup> constitutis, necnon Canonicis  
 Metropolitanarum, et aliarum Cathedralium Ecclesiarum, quatenus ipse  
 vel duo, vel unus eorum, per se vel alium, seu alios faciant eundem  
 nostram fructus, redditus et proventus ac distributiones Emoi Patri-  
 archis, Archiepiscopi, et Episcopi, necnon Abbatibus, et dicti Concilii  
 officialibus et alijs sententiam dicendi potestatem habentibus, et  
 habituris, ac magistris, et Doctoribus prefatis, ac alijs supra dictis  
 in eodem Concilio pro tempore residentibus, quamdiu Concilio  
 Emoi interfuerint, vel procuratoribus suis eorum nominibus iuxta  
 Indulti Emoi tenorem integre ministrari, non permittentes eos  
 per locorum Ordinarios, ac dilectos filios Capituli Ecclesiarum predictarum,  
 aut quosvis alios quomodolibet molestari Contradictores per cen-  
 suras Ecc.<sup>cas</sup> et alia opportuna iuris remedia appellatione  
 postposita compescendo, Declarantes nostram intentionis esse, ut  
 Hac nostra gratia etiam eos comprehendat, qui ante datam  
 presentium occasione Concilii in dicta Civitate Tridentina  
 moram traxerint. Non obstantibus si in eisdem Ecclesijs, seu locis  
 primam non fecerint residentiam personalem consuetam, ac  
 quibusvis Apostolicis, necnon in Provincialibus et Synodalibus  
 Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et or-  
 dinationibus, ac predictarum, et aliarum Ecclesiarum, in quibus  
 beneficia Emoi fuerint, necnon eorundem Monasteriorum

91  
iuramento: confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratus, Sta-  
tutis, et consuetudinibus, etiam si de alijs seruandis, et non impetrandis  
litteris Apostolicis contra ea, et litteris ipsis etiam ab alio seu alijs impe-  
tratis, aut alias quouis modo concessis non utendo, Patriarcha, Archiepiscopus,  
episcopi, et Episcopi, ac Abbates, necnon Magistri et Doctores, et alij pra-  
fati per se vel procuratores suos praestiterint forsitan hactenus, vel  
in posterum praestare contigerit iuramentum: Aut si eisdem locis,  
Ordinarijs, ac Capitulis a dicta sit sede indultum, vel in posterum  
indulgeri contingat, quod Canonicos, Rectores, et personas Ec-  
clesiarum, Ciuitatum, et Dioc. eorundem etiam in dignitatibus, perso-  
nibus, administrationibus, vel officijs constitutos per subtractione  
proventuum beneficiorum, suorum, Ecc<sup>cor</sup> aut alias compellere ualeant  
ad residendum personaliter in eisdem, seu quod Canonicis, Recto-  
ribus, et personis Ecclesiarum, suarum, Ciuitatum et Dioc. etiam in digni-  
tibus, personis, administrationibus, vel officijs constitutis, et in  
illis non residentibus, aut qui in eis primam non fecerint resi-  
dentiam personalem consuetam, fructus, redditus et proventus  
ac distributiones quotidianas beneficiorum, Ecclesiasticorum, in ab-  
sentia sua <sup>ministrare</sup> minime teneantur, et ad id compelli, aut quod inter-  
dici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Ap<sup>licas</sup>  
non facientes plenam et expressam, ac de uerbo ad uerbum  
de indulto S<sup>mo</sup> mentionem, et qualibet alia dicta sedis indul-  
gentia gnali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam

presentibus non expressam, uel totaliter non insertam effectus  
 S<sup>mo</sup> gratia impediri ualeat quomodo libet, uel differri, et de  
 qua cuiusq; tota tenore habenda sit in nostris literis mentis  
 specialis. Prouiso quod Eccle<sup>ie</sup>, et Monasteria, et alia S<sup>mo</sup>  
 beneficia debitis propterea non fraudentur obsequijs, et ani-  
 max; cura in eis, quibus illa imminet nullatenus negligatur  
 sed per bonos et sufficientes Vicarios, quibus de beneficiorum  
 eorundem prouentibus necessaria congrue ministrantur, di-  
 ligenter exerceatur, et deseruiatur imbi laudabiliter in  
 Diuinis. Et quia difficile foret pntes bras ad singula, in  
 quibus de eis fides facienda fuerit, loca deferri; uolumus  
 et eadem auctoritate decernimus, quod ipsar; transumptis  
 manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius  
 curie Ecc<sup>ca</sup> uel personae in dignitate Ecc<sup>ca</sup> constituta mu-  
 nitis ea prorsus fides in iudicio et alibi, ubiq; opus fuerit  
 adhibeatur, que adhiberetur presentibus si forent exhi-  
 bita, uel ostensa. Datum Romae apud sanctum Petrum  
 sub annulo Piscatoris Die XXV Nouembrii M D. lxi  
 Pont. nri anno secundo

Cesar Glorierius